



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXCIX. Ianuen. fideicommissi seu contributi. De contributo ad debita & onera fideicommittentis inter fideicommissarium universalem, & fideicommissarium universalem & fideicommissarium ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

I A N U E N .
F I D E I C O M M I S S I
S E V
C O N T R I B U T I .

*Responsum pro veritate suppressis
nominibus.*

De contributo ad debita & onera fideicommissarium universalem, & fideicommissarium particularem: sive inter fideicommissarium particularem, & heredem universalem; Et remissive de contributo inter plura fideicommissa, quæ per mortem unius possessoris diversis successoribus delata sunt ad debita valide per possessorem contracta sive ad alienationes per eum factas.

S U M M A R I U M .

- 1 **F**acti series
- 2 **H**eres exigit a cohærede pro sua virili id quod solvit creditoribus hæreditariis.
- 3 **D**e natura inventarii, quid operetur, & quid importet ejus omisso.
- 4 **H**eres non conficiens inventarium non opponit cohæredi hunc defectum.
- 5 **Q**uid operetur omisso inventarii quoad fideicommissum particularem, & an pro sit legitimam non amittit, vel iura non confundit.
- 6 **D**e casu in quo pro sit legitimam non amittit, neque iura confundit.
- 7 **H**eres potest a creditoribus reportare cessionem iurum contra cohæredem pro rata pro qua non est heres.
- 8 **D**e conclusione quod pro debitis vel legatis, aut detractionibus non agitur ad bona fideicommissi particularis nisi in subsidium.
- 9 **D**e contributo inter plura fideicommissa remissive.

D I S C . C I C .

Ioannes Baptista, instituit Nicolao primo & Francisco secundo genitis, in quibusdam conspicuis bonis stabilibus particulare fideicommissum perpetuum cum ordine primogenituræ in ejus descendentiâ ordinavit; Cumque dictus Nicolaus tanquam primogenitus dictorum bonorum possessor pleraque credita hæreditaria, mediante translativa cessione, acquisisset, facto casu ejus mortis absque prole, scripto hærede extraneo, seu verius hæreditate jacente ad commodum creditorum, dicta bona jure primogenituræ transitum fecissent in Franciscum fratrem, atque contra istum dicti Nicolai de-

functi creditores super dictis bonis ad primogenituram spectantibus agerent ex persona eorum debitoris pro creditis ab ipso ut supra contra parentum hereditatem quaeritis, qualiquod bona dicta primogenituræ subiecta ad eadem debita concurrerent per contributum & pro rata, Hinc hæreditatis sui, an scilicet dicto contributo locus esset, vel potius bona dicto particulari fideicommissi subiecta, exempta essent a debitis hæreditariis, per hæredes ex reliquis bonis dissolvendis, vel etiam de proprio, stante inventarii omissione.

Respondi in prædicto Francisco duas distingas esse personas, Vnam hæredis universalem, & debitoris in semisse, Alteram verò fideicommissi particularis, dictæque primogenituræ possessoris. Spectata prima persona, absolutum esse debitorum pro eius virili teneri ad præfata debita etiam nondum ac de proprio, dum nullum confectum inventarium, ut in specie cohæredis repetentis hærede pro sua virili id quod creditoribus particulari solvit etiam non reportata cessione, magis ista accedente ex regula, seu dispositione in l. pro hæreditariis C. de hæredit. act. & l. in omnibus ter. §. Celsus ff. samit. Erisi habetur per Bar. apud decis. 58. decis. 23 & 296 parti. 7. rec. & in aliis.

Neque præmissis obstat dixi quod contributum non esset inventarium, cum inter cohæredes non referat, Tum ex regula quod nemo opponit illum defectum, quo ipse laborat dum delictum tua compensatione tolluntur, Tum clarior est que in specie quod ut pluries advertitur in materia sub tit. de hered. & hæredit. jus novissimum fin. C. de jur. deliber. non alteravit dispositionem communis, neque hæredibus subtilis id quod de his dispositum erat, sed solum quia ob penam ad adeuntes hæreditates post annum datum de delib. randum subiacebant, solvendi de proprio bono, & legata quæ postmodum detegi contingere, propterea sequebatur, quod hæreditates remanere iacentes, hinc proinde dictum ius novissimum beneficium introduxit, quo mediante hæres reddatur ab isto periculo, Ideoque ubi hæres nescio uti negligit, tunc nullam incurrit penam aliqui male credunt sed solum sui non suffragia dicta lege novissima, cuius formam non servat, manet in terminis in quibus erat antea, unde potest magis communis ac hodie recepta, & alia conclusio est quod per inventarii omissionem legitima non amittitur, quia in effectu dictum ius novissimum nullam inducit penam, sed tunc tantum gat beneficium.

Hinc propterea, cum secluso hoc iure novissimo ex supra allegatis iuribus inuet inter hæredes contributum pro virili, consequenter omisso inventarii nihil in proposito operatur ut in specie dictis cohæredi de hoc defectu non opponatur, ut resp. lib. 2. var. cap. 72. n. 9. & 10. Castrum decis. 14. 7. Barrii de success. l. 1. tit. 9. nu. 9. & 10. Rot. in hæreditatis de Cavalieris 22. Martii 1630 coram Castrum & me scribente in Fulginaten. fideicommissi 4. 1668. coram Bourlemont, edita in causa de qua supra disti. 73.

Spectata verò secunda persona fideicommissi particularis, absolutum crediti nullam esse actionem creditati vel creditoribus ex ejus jure actionem competere pro medietate, quoniam fideicommissum particulari regulatur jure legati, quod per heredem non conficiens inventarium contributum ac insolidum solvendum est de proprio

text. express. in d. l. fin. s. & si prafatam C. de iur. delib. un de propterea quamvis verius fit ut supra, legitimum per omissionem inventarii non amitti, minusque alia iura & credita quae haeres habet cum hereditate non confundi, dum est talis revocabilitet, ideoque facto casu restitutionis, sine dubio revivifunt, ideoque in ordi se ad fideicommissum universale defectus inventarii in nihilo praedictet, praeterquam quoad quandam malam praesumptionem exinde resultantem ob quam receptam habemus conclusionem, ut quoad ipsum haeridem gravatum eiusque successorem universalem dicta omiffio inventarii juncta cum aliquibus alienationibus inducat praesumptam consumptionem detractionum. Attamen effectus est idem, dum sive competant detractiones sive non, tenetur de proprio ac insolidum ad debita & legata ut advertitur apud Cyriac. contr. 5. nu. 97. & seq. Capp. Lar. consult. 12. num. 37 cum seq. Rot. dec. 399 nu. 24. & seq. par. 9. rec. dec. 17. nu. 39. & 19 par. 10 & frequenter.

Solumque dictae conclusionis effectus super non amissione legitime aliorumque jurium ac detractionum suffragari posset quoad eiusdem haeridis creditores, in quorum praedictum jurium confusio non inducitur juxta deducta per Franch. dec. 20. cum concordantibus, sive a simili cum alio tertio interessato, sed quoad ipsum haeridem nulla cadit difficultas.

Secus autem quoad aliam medietatem, quoniam cum hic haeres eius jura creditores representabant duplicem gereret personam, unam haeredis pro medietate, alteram vero cessionarii creditorum, sibi non poterat cessio suffragari pro ejus virili ratione incompatibilitatis, unde propterea resolvebatur in quietantiam juxta deducta apud Gregor. & Add. dec. 68. & 75. Franch. dec. 55. Add. ad Bar. dec. 420. & saepius sub tit. de credito Pro altera vero medietate in qua non erat debitor, recte dicta cessio operativa remanebat, ut ex ista persona agi posset ne dum contra dictum cohaeridem ejusque bona propria vel alia hereditaria, sed etiam contra bona particulari fideicommissi subiecta. Licet enim receptam conclusionem habeamus, quod tam pro re alieno testatoris quam etiam pro legitima & legatis, aliisque detractionibus non recurritur ad bona fideicommissi particulari subiecta nisi in subsidium, & quatenus alia bona non sufficiant, ex deductis per Fusar. 9. 692. Merlin. de leg. 1. lib. 2. tit. 1. q. 10. Bar. dec. 693. Rot. dec. 49. post Patell. Ottob. dec. 206. & in aliis, Attamen id procedit quoad ipsum haeridem gravatum, sive quoad legatarios quantitatis ac etiam quoad creditores chyrografarios, non autem quoad creditores hypothecarios electionem habentes in vim hypothecae agendi ad bona sibi bene visa, eaque distraendi, cum non possit debitor cum fideicommissi quoad adijcit praedictare creditoribus ex deduct. per Ottob. d. dec. 206. & passim.

In proposito autem contributionis pro debitis legitime contractis de licentia Principis vel Superioris pro possessorem plurium fideicommissorum vel majoratum, sive pro reintegratione unius ex eis pro bonis ab eodem possessore distractis in vim Bullae Baronum, vel ex alia Principis facultate, an inter eadem fideicommissa intret contributum si contingat per mortem dicti possessoris illa in diversa personarum tranferri, habetur particulariter actum sub tit. de feud. ad mater. Bullae Baronum, in Romana contributionis de Cassis dist. 89.

MELEVITANA FIDEICOMMISSI

PRO

HOSPITALI ERIGENDO.

Responsum pro veritate.

An & quando vocatus ad fideicommissum petere possit ab haerede gravato cautionem pro bonorum conservatione,

SUMMARYM.

- 1 Fidei series.
- 2 Regulariter gravatus tenetur cavere.
- 3 Quod ad eam non teneatur filii primi gradus.
- 4 Respectu stabilium cautio recessit ab aula.
- 5 Distinguntur species bonorum, & pro quibus danda sit cautio.
- 6 Haeres gravatus non tenetur de mobilibus domus quae usu consumuntur.
- 7 De consilio prudentiali.

DISC. CC.

Cum Nicolaus instituta haerede Isabella filia istam gravasset ad restituendum post mortem hereditatem cuidam erigendo Hospitali, cuiusque nomine Episcopo ac Executoribus ab eo deputatis, Hinc ex istorum parte pro veritate consultus fui, An pro Hospitalis cautela, & ad impediendam bonorum distractionem dicta haeres gravata cogi posset ac deberet ad cautionem praestandam super bonorum conservatione, debitoque tempore restitutione.

Respondi quod in mero puncto juris regula est generaliter affirmativa per text. express. in l. 1. & l. cum Archimedorum Cod. ut in possess. legat. cum concordant. per Pereg. art. 40. num. 10. cum seq. & Fusar. 9. 515. ac saepius firmavit Rota praesertim apud Duran. decis. 260. nu. 7. decis. 168. & 582. par. 5. recen. dec. 193. par. 6. Romana fideicommissi de Rodianis 3. Junii 1647. Melit. Camerim. fideicommissi 21. Maii 1649. Danozetto inter suas decis. 808 & in aliis. Et quamvis plerique velint ad huiusmodi cautionem non teneri filios primi gradus, quales in proposito erat haeres gravata, attamen id procedit, quoties restitutio facienda est aliis filiis, seu respective eiusdem gravati fratribus, secus autem si extraneo, ut ceteris allegatis firmatur d. decis. 168. num. 8. cum sequen. & decis. 582. num. 3. par. 5. recen.

Bene verum, quod licet iura praedicta hoc indistincte disponant, attamen respectu stabilium id recessit ab aula, ut restantur Molin. de primogen. lib. 1. cap. 15. num. 30. Pereg. d. art. 40. nu. 14. in fin. Gratian. disc. 222. n. 2. & 3. Cyriac. contr. 22. n. 34. Rota d. dec. 193. n. 2. & seq. par. 6. rec. ubi bona assignatur ratio facilitatis quam fideicommissarius habet recuperandi etiam a tertiis possessores bonorum stabilia quae nec occultari nec dissipari possunt.

JCA
antis